

THE SARUM RITE
Breviarium Sarisburiense cum nota.

Tome B.
Fasciculus 27.
Pages 1059-1118.

Dominica in passione.
Ebdomada in passione.

Edited by William Renwick.

Hamilton Ontario.
The Gregorian Institute of Canada.
MMX.

The Sarum Rite is published by The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada, c/o School of the Arts, McMaster University, 1280 Main Street West, Hamilton, Ontario, Canada L8S 4L8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

The Sarum Rite is distributed over the internet through.pdf files located at:
www.sarum-chant.ca

This document first published January 1 2010.
Revised October 2011, July 2022.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada is a charitable foundation registered by the Federal Government of Canada.

www.gregorian.ca

© The Gregorian Institute of Canada, 2010.

[Dominica in passione.]

1. **A.** **¶** Dominica in passione tota dicitur hystoria : et festum sancti Gregorii differatur in crastinum. Ad 2. vespervas que erunt de festo fiat solennis memoria de dominica.
Hystoria dominicalis dicitur per ebdomadam incipiendo cum secundo **R̄**. et in 5. feria dicitur 8. **R̄**. hystorie cum duobus **R̄**. ferialibus.
Festa vero sanctorum Edvardi, Cuthberti, et Benedicti differantur usque ad translationes eorundem.
2. **A.** **¶** Dominica in passione de servitio dominicali. Ad 1. vespervas fiat memoria de sancto Edvardo : et festa sanctorum Cuthberti et Benedicti differantur usque ad translationes eorum.
Feria 4. dicitur 8. **R̄**. hystorie cum 2. **R̄**. ferialibus.
Sabbato de annunciatione. 2. vespere erunt de dominica et solennis memoria de festo licet festum loci fuerit.
3. **A.** **¶** Dominica in passione de servitio dominicali. Ad 1. ¹ vespervas fiat solennis memoria de annunciatione.
Feria 4. dicitur 8. **R̄**. cum 2. responsoriis ferialibus.
4. **A.** **¶** Dominica in passione de servitio dominicali.
Feria 3. de sancto Ambrosio. Capitulum *Ecce Sacerdos*. et festum sancti Richardi differatur usque ad translationem ejus.
Feria 5. dicitur 8. **R̄**. cum 2. responsoriis ferialibus.
5. **A.** **¶** Dominica in passione de servitio dominicali.
Feria 4. et sabbato dicitur 8. **R̄**. cum responsoriis ferialibus.
1. **B.** **¶** Dominica in passione de servitio dominicali. Ad 1. vespervas que erunt de dominica fiat solennis memoria de S. Gregorio et festa² sanctorum differantur usque ad translationes eorum, et in 4. feria et sabbato dicitur 8. **R̄**. cum 2. responsoriis ferialibus.
2. **B.** **¶** Dominica in passione de servitio dominicali. Festa sanctorum differantur³ usque ad translationes eorum.
Feria 4. dicitur 8. **R̄**. cum **R̄**. ferialibus.
3. **B.** **¶** Dominica in passione de servitio dominicali.
Feria 4. et sabbato dicitur 8. **R̄**. cum responsoriis ferialibus.
4. **B.** **¶** Dominica in passione de servitio dominicali et nichil de sancto Richardo usque ad translationem ejus. 2. vespere erunt de sancto Ambrosio et solennis memoria de

[110v.]

dominica, et in 5. feria dicitur 8. R̄. cum responsoriis ferialibus.

5. **℞.** **⦿** Dominica in passione de servitio dominicali.
In 4. feria et sabbato dicitur 8. R̄. cum responsoriis ferialibus, et in 5. feria dicitur memoria de sancto Tyburtio ad vespas et ad matutinas de sancta Maria.
1. **℞.** **⦿** Dominica in passione de servitio dominicali et festa sanctorum Edvardi, Cuthberti, et Benedicti differantur usque ad translationes eorum, et in 4. feria et sabbato dicitur 8. R̄. cum responsoriis ferialibus.
2. **℞.** **⦿** Dominica in passione de servitio dominicali et festum sancti Benedicti differatur usque ad translationem ejus, et in 4. feria dicitur 8. R̄. cum responsoriis ferialibus.
3. **℞.** **⦿** Dominica in passione de servitio dominicali, et in 4. feria et in sabbato dicitur 8. R̄. cum responsoriis ferialibus et festum sancti Richardi differatur usque ad translationem ejus.
4. **℞.** **⦿** Dominica in passione de servitio dominicali et festum sancti Ambrosii differatur in crastinum. 2. vespere erunt de sancto Ambrosio et solennis memoria de dominica.
Feria 5. dicitur 8. R̄. cum responsoriis ferialibus.
5. **℞.** **⦿** Dominica in passione de servitio dominicali.
Feria 4. et sabbato dicitur 8. R̄. cum responsoriis ferialibus.
1. **℞.** **⦿** Dominica in passione de servitio dominicali.
Feria 4. dicitur 8. R̄. cum responsoriis ferialibus.
Feria 5. de S. Gregorio.
2. **℞.** **⦿** Dominica in passione de servitio dominicali et festa sanctorum [Edwardi, Cuthberti, et Benedicti]⁴ differantur usque ad translationes eorum.
Feria 4. et sabbato dicitur 8. R̄. cum responsoriis ferialibus.
3. **℞.** **⦿** Dominica in passione de servitio dominicali, et in 5. feria dicitur 8. R̄. cum responsoriis ferialibus.
Feria 4. de annunciatione et solennis memoria de jejunio.
4. **℞.** **⦿** Dominica in passione de servitio dominicali et festum sancti Richardi differatur usque ad translationem ejus, et in 4. feria dicitur 8. R̄. cum responsoriis ferialibus.
5. **℞.** **⦿** Dominica in passione de servitio dominicali. Ad 1. vespas solennis memoria de festo [S. Ambrosii].⁵
In 4. feria et sabbato dicitur 8. R̄. cum responsoriis ferialibus.
1. **℞.** **⦿** Dominica in passione de servitio dominicali.
In 5. feria dicitur 8. R̄. cum responsoriis ferialibus.

- Feria 4. de sancto Gregorio. Capitulum *Ecce Sacerdos*.
2. **☉**. **☩** Dominica in passione de servitio dominicali.
Feria 4. et sabbato dicitur 8. **℞**. cum responsoriis ferialibus. Festa [SS. Edwardi, Cuthberti, et Benedicti]⁶ differantur usque ad translationes eorum.
3. **☉**. **☩** Dominica in passione de servitio dominicali.
Feria 5. dicitur 8. **℞**. cum responsoriis ferialibus.
Feria 3. de annunciatione et solennis memoria de jejunio.
4. **☉**. **☩** Dominica in passione de servitio dominicali, et in 4. feria dicitur 8. **℞**. cum responsoriis ferialibus. Festum sancti Richardi differatur usque ad translationem ejus.
Feria 6. de sancto Ambrosio. Capitulum *Ecce Sacerdos*.
5. **☉**. **☩** Dominica in passione de servitio dominicali, et in 4. feria et sabbato dicitur 8. **℞**. cum responsoriis ferialibus.
1. **☿**. **☩** Dominica in passione de servitio dominicali.
Feria 5. dicitur 8. **℞**. cum responsoriis ferialibus.
Feria 3. de sancto Gregorio. Capitulum *Ecce Sacerdos*.
2. **☿**. **☩** Dominica in passione de servitio dominicali.
Feria 4. et sabbato dicitur 8. **℞**. cum responsoriis ferialibus et festa [SS. Edwardi, Cuthberti et Benedicti]⁷ differantur usque ad translationem eorum.
3. **☿**. **☩** Dominica in passione de servitio dominicali. 2. vespere erunt de sancta Maria : et solennis memoria de dominica.
Feria 2. de annunciatione et solennis memoria de jejunio.
Feria 5. dicitur 8. **℞**. cum responsoriis ferialibus.
4. **☿**. **☩** Dominica in passione de servitio dominicali et nichil de sancto Richardo usque ad translationem ejus.
Feria 5. de sancto Ambrosio. Capitulum *Ecce Sacerdos*.
Feria 4. dicitur 8. **℞**. cum responsoriis ferialibus.
5. **☿**. **☩** Dominica in passione de servitio dominicali.
Feria 4. et sabbato dicitur 8. **℞**. responsoriis ferialibus.
1. **♁**. **☩** Dominica in passione de dominica. 2. vespere erunt de sancto Gregorio. Capitulum *Ecce Sacerdos*. et solennis memoria de dominica.
Feria 5. dicitur 8. **℞**. cum responsoriis ferialibus.
2. **♁**. **☩** Dominica in passione de dominica.
In 4. feria et sabbato dicitur 8. **℞**. cum responsoriis ferialibus.

Dominica in passione Domini.

Festa sanctorum [ix. lectionum, Edwardi, Cuthberti et Benedicti,]⁸ differantur usque ad translationem eorum.

3. ④. ㊦ Dominica in passione de dominica. Festum annunciationis differatur licet festum loci fuerit. 2. vespere erunt de annunciatione : et solennis memoria de dominica.

Feria 2. de annunciatione et solennis memoria de jejunio.

Feria 5. dicitur 8. ㊦. cum responsoriis ferialibus.

4. ④. ㊦ Dominica in passione de dominica et nichil de sancto Richardo usque ad translationem ejus.

Feria 4. de sancto Ambrosio. Capitulum *Ecce Sacerdos*. et solennis memoria de jejunio.

Feria 5. dicitur 8. ㊦. cum responsoriis ferialibus.

5. ④. ㊦ Dominica in passione de dominica.

In 4. feria et sabbato dicitur 8. ㊦. cum responsoriis ferialibus.

¶ *Dominica in passione Domini.*

Ad [j.] vesp̄eras.

Ant. Benedictus. [352].

Ps. Ipsum. (cxliij.) [352].


Deinceps non dicatur neuma in fine antiphone usque ad octavas pasche : versus tamen et Benedicamus. et Kyrieléyson. et gradale, et cetera hujusmodi cum neuma dicuntur more solito : usque ad cenam Domini. Kyrieléyson. vero semper cum neuma dicitur.

Capitulum. Thre.⁹ iij. (58.)

¶ **J**Udicásti Dómine causam ánime mee, defénsor vite mee : Dómine Deus meus.


AS:189; 1519:178v; 1531:110v.

Resp.
II.




6287.


Ircun- de-dé- runt me * vi- ri men-dá-



ces, si- ne cau- sa : fla-gél- lis ce-ci-dé-runt me. †Sed




tu Dó-mi- ne de-fén-sor vín- di-ca me.



6287a.

℣. Quó- ni- am tri-bu-lá- ti- o pró-xima est,



et non est qui ád-ju- vet. †Sed.

Non dicitur [V.] Glória Patri. sed repetatur responsorium Circundedérunt.

HS:40v; 1519:178v; 1531:110v.¹⁰

8410.

Hymn.

I.



Ex-íl-la * re- gis pró-de-unt, Fulget cru-cis mysté-

ri- um : Quo carne carnis Cón-di-tor, Suspén-sus est pa-tí-

bu-lo. 2. Confix-a cla- vis vís-ce-ra, Tendens ma-nus ves-


tí-gi- a : Re-dempti- ó-nis grá- ti- a, Hic immo-lá- ta

est hósti- a. 3. Quo vulne-rá- tus ín-su-per, Mucróné


di- re lánce- e : Ut nos la-vá-ret crí-mi-ne, Ma-ná- vit

un-da sán-gui-ne. 4. Implé-ta sunt que cón-ci-nit, Da-vid


Dominica in passione Domini.



fi-dé- lis cármi-ne : Di-céndo na-ti-ó-ni-bus, Regná- vit




a ligno De- us. 5. Arbor de-có- ra et fúl-gi-da, Orná-




ta re- gis púrpu-ra : E-lécta digno stí-pi-te, Tam sanc-



ta membra tánge-re. 6. Be- á-ta cu- jus bra-chi- is, Pré-ci-




um pe-pén-dit sé-cu- li : Sta-té-ra fac-ta est córpo-ris,



Pre-dámque tu- lit tárta- ris.

Ad istum versum O crux ave. convertat se chorus ad altare : usque ad inceptionem psalmi Magnificat.



7. O crux a-ve spes ú- ni-ca, Hoc passi- ó- nis témpo-re :


Dominica in passione Domini.




Auge pi- is justí- ci- am, Re- ís- que do- na vé- ni- am.



8. Te summa De- us Trí- ni- tas, Col- láudet omnis spí-



ri- tus : Quos per cru- cis mysté- ri- um, Salvas re- ge per



sé- cu- la. A- men.


℣. Dedérunt in escam meam fel.

℞. Et in siti mea potavérunt me acéto.


AS:190; 1519:179r; 1531:110v.

2600.


Ant.
VIII.i.



- go sum * qui tes- ti- mó- ni- um per hí- be- o de



me- ípso : et testimó- ni- um pérhi- bet de me qui mi- sit



me Pa- ter. Ps. Magníficat. 69*.

Oratio.

QUesumus omnipotens Deus fa- | ut te largiente regatur in corpore, et
miliam tuam propicius respice : | te servante custodiatur in mente. Per.

¶ *Ad completorium.*

Ant. Miserere. [362].


Ps. Cum invocarem. (iii.) [*etc.*] [362].

Capitulum. Tu in nobis. [364].

[111r.]

AS:190; 1519:179r; 1531:111r.

Resp.
VI.



¶ N ma-nus tu- as

sar0631.

Chorus prosequatur totum.




* Dó-mi-ne. †Comméndo spí-ri- tum me- um.

Clericus dicat.



sar0631a.

℣. Re-demís-ti me Dómi-ne De-us ve-ri-tá-tis.




†Comméndo.

Non dicitur [℣.] Glória Patri. sed repetatur ℞: In manus.

sar0815.

Hymn.
VIII.




Ultor De-i meménto, Te fontis et la-vá-cri : Ro-




rem su-bís-se sanctum, Te chiasmá-te inno-vá-tum.



2. Fac cum vo-cánte somno, Castum pe-tis cu-bí- le : Frontem




lo-cúmque cor-dis, Cru-cis fi-gú-ra signet. 3. Crux pel-lit om-




ne crimen, Fú-gi-unt cru-cem té-ne-bre : Ta-li di-cá-ta



sig-no, Mens fluctu-á-re nescit. 4. Pro-cul o pro-cul va-




gántum, Porténta somni-ó-rum : Pro-cul esto pervi-




cá-ci, Presti-gi-á-tor astu. 5. O tortu-ó-se serpens, Qui


Dominica in passione Domini.




mil-le per me-ándros : Fraudésque fle-xu-ó- sas, A-gi-tas



qui-é-ta corda. 6. Discé-de Christus hic est, Christus hic est



liqués-ce : Signum quod ipse no-sti, Damnat tu-am



ca-térvam. 7. Corpus li-cet fa-tiscens, Já-ce-at reclí-ve




páulu-lum : Christum tamen sub ip-so, Me-di-tá-bi-tur



so-pó-re. 8. Gló-ri-a e-térno Pa-tri, Et Christo ve-ro



Re-gi : Pa-ra-cli-tóque Sancto, Et nunc et in perpé-tu-um.



Amen.

℣. Custódi nos Dómine.

[℞. Ut pupíllam óculi. *sc.*]¹² [367].

AS:190; 1519:179v; 1531:111r.¹³

sar0088.

Ant.
III.iv.




Rex * glo-ri-ó-se inter sanctos tu- os, qui sem-




per es laudá-bi-lis et tamen in-ef-fá-bi-lis, tu in no-bis




Dó-mi-ne, et nomen sanctum tu- um invo-cá-tum est



su-per nos ne de-re-lín-quas nos De-us noster : ut in di- e



ju-dí-ci- i nos collo-cá-re digné-ris. †Inter sanctos et e-léc-




tos tu- os. ‡Rex be-ne-díc-te. *Ps.* Nunc dimíttis. [367].

sar0088a.



∕ Rex be-ne- díc- te tu- os per prós-pe-ra dí- ri-ge




ser- vos. †Inter sanctos.

Et dicatur usque ad finem antiphone.


Dominica in passione Domini.

Alius V̇.




sar0088b.

V̇. Ut ter-gant mí-se-ras pi-a per je- jú-ni- a cul- pas.




‡Rex be-ne-díc-te.

Alius V̇.



sar0088c.

V̇. At- que co-lant pu- re sol-lénni- a mý-sti-ca pasche.



†Inter sanctos.


[*Et dicatur usque in finem antiphone.*]¹⁴

¶ *Hoc completorium [non mutatur, sed]¹⁵ dicitur quotidie usque ad [primas vespas in]¹⁶ cenam Domini supradicto modo : de quocunque fit servitium : excepto quod in feriis non dicuntur versus post Nunc dimittis. ita tamen quod in sabbato dicuntur V̇. in superiori gradu : et in dominica in secunda forma supradicto modo. In dominica vero in ramispalmarum ad utrumque completorium in superiori gradu dicuntur. Similiter fiat in festis duplicibus infra passionem [Domini]¹⁷ contingentibus. Dicantur etiam in quarta feria ante pascha predicti V̇. in secunda forma.*

¶ *Ad matutinas.*

AS:191; 1519:180r; 1531:111r.¹⁸

Invit.
IV.i.



1085.

O-di- e * si vo-cem Dómi-ni audi- é-ri- tis.

Dominica in passione Domini.



†No-lí-te obdu-rá-re cor-da vestra. Ps. Ve-ní-te. 13*.

Et dicitur sine Glória Patri. sed post primum, tertium, et quintum V̇. psalmi : repetatur Nolite obdurare [corda vestra].¹⁹ Post secundum vero et quartum V̇. totum repetatur invitorium. Et sic fiat quotidie usque ad cenam Domini ad matutinas de temporali tantum, et causa subest quia non dicitur Glória Patri. in fine psalmi Venite.

HS:43r; 1519:180r; 1531:111r.²⁰

8367.

Hymn.
III.



Ange lingua glo-ri-ó-si, pré-li-um certámi-nis :



Et su-per cru-cis trophé-um, dic tri-úm-phum nó-bi-lem :



Quá-li-ter Re-démptor orbis, immo-lá-tus ví-ce-rit.



2. De pa-réntis prothoplásti, fraude facta cóndo-lens : Quan-




do pomi no-xi-á-lis, morte morsu córru-it : Ipse lignum

Dominica in passione Domini.

tunc no-tá-vit, damna ligni ut sólve-ret. 3. Hoc opus nos-
tre sa-lú-tis, ordo depopósce-rat, Mul-ti-fórmis pro-di-
tó-ris, ars ut artem fál-le-ret : Et me-dé-lam ferret inde,
hostis unde lé-se-rat. 4. Quando ve-nit ergo sacri, ple-ni-tú-
do témpo-ris : Missus est ab arce Pa-tris, na-tus orbis Cón-
di-tor : Atque ventre virgi-ná-li, ca-ro factus pró-di-it.
5. Gló-ri-a et ho-nor De-o, usquequo al-tíssimo : Una
Pa-tri Fi-li-óque, incly-to Pa-rá-cli-to : Cu-i laus est et

Dominica in passione Domini.





po-téstas, per e-térna sé-cu-la. A- men.


☩ *In primo nocturno.*

AS:191; 1519:180v; 1531:111r.²¹


5512. Ant.
I.v.



Ulpes fó-ve-as ha-bent * et vó-lucres ce-li ni-dos.



Fí-li- us autem hó-mi-nis non ha-bet u-bi ca-put su-um re-



clí-net. Ps. Beátus vir. (j.) [I2]. [Et c.]

Hec sola antiphona dicitur in primo nocturno super omnes psalmos ante lectiones : et finiantur psalmi cum Glória Patri. sicut in precedentibus dominicis. Ita tamen quod quotienscunque dicitur Glória Patri. post psalmum : exaltetur psalmus si necesse fuerit : et sic fiat in sequentibus nocturnis hujus dominice : et in sequentibus diebus usque ad cenam Domini.

℣. Erue a frámea Deus ánimam meam.

℞. Et de manu canis únicam meam.

☩ *Hac die incipiatur Hieremias : et legatur quotidie usque ad pascha : quando de temporali agitur, tamen cum fuerint ix. lectiones de temporali : tunc in primo nocturno de prophetia Hieremie tantum legatur.*²²

Lectio prima. Hiere. j. (I.)

Verba Hieremie filii Helchie de sacerdotibus qui fuerunt in Anathot in terra Benjamin. Quod factum est verbum Domini ad eum in diebus Josie filii Amon regis Juda : in tertiodécimo anno regni ejus. Et factum est in

diébus Jóachim filii Josie regis Juda usque ad consummationem undécimi anni Sedechie filii Josie regis Juda, usque ad transmigracionem Hierusalem in mense quinto. Hec dicit Dominus Deus convertimini ad me : et salvi éritis. [111v.]


Sic finiantur omnes lectiones de prophetia : nisi in tribus noctibus ante pascha.

AS:191; 1519:180v; 1531:111v.²³

1. Resp.
VII.




S-ti sunt di- es * quos observá- re de-bé-




7013.

tis tempó- ri-bus su- is. †Quarta-dé-cima



di- e ad véspe- rum pascha Dómi-ni est : et in quin-ta-




dé-cima so-lenni-tá-tem ce-lebrá-bi- tis al-tís-



7013a.

simo Dómi- no. ✠. Lo-cú- tus est Dómi-nus ad



Mó- y-sen di- cens : ló- que-re fí-li- is Isra-el : et di-



ces ad e- os. †Quarta-dé-cima.


Hoc predictum responsorium non dicatur per ebdomadam sequentem : sed ad has matutinas tantum.

Lectio secunda. (Hiere. j. 4.)

ET factum est verbum Dómini ad me : dicens, Priúsqvam te formárem in útero novi te, et ántequam exíres de vulva sanctificávi te : et prophétam in géntibus dedi te. Et dixi, A, a, a, Dómine Deus. Ecce nésco loqui : quia puer ego sum. Et dixit Dóminus ad me, Noli dícere quia puer ego sum : quóniam ad ómnia que mittam te ibis et univérsa quecúnque mandávero tibi lóqueris.

Ne tíneas a fácie eórum : quia ego tecum sum ut éruam te dicit Dóminus. Et misit Dóminus manum suam, et tétigit os meum. Et dixit Dóminus ad me, Ecce dedi verba mea in ore tuo, ecce constítui te hódie super gentes et super regna : ut evéllas, et déstruas, et dispérdas, et díssipes, et edífices, et plantes. Hec dicit Dóminus.

AS:192; 1519:181r; 1531:111v.²⁴




Utliplicá-ti sunt * qui trí-bu-lant me : et



di- cunt, Non est sa-lus il-li in De-o e-jus. †Exúr-

Dominica in passione Domini.



ge Dómi-ne saluum me fac De-us me- us.

Nequándo di-cat i-ni-mí-cus me- us, pre-vá-lu- i

ad- vér-sus e- um. †Exúr-ge.

7817a.

Lectio iij. (Hiere. j. 11.)

ET factum est verbum Dómini ad me dicens, Quid tu vides Hieremía ? Et dixi, Virgam vigilántem ego vídeo. Et dixit Dóminus ad me, Bene vidísti : quia vigilábo ego super verbo meo ut fáciam illud. Et factum est verbum Dómini secúndo ad me dicens, Quid tu vides ? Et dixi, Ollam succénsam ego vídeo : et fáciem ejus a fácie aquilónis. Et dixit Dóminus ad me, Ab aquilóne pandétur omne malum super omnes

habitatóres terre : quia ecce ego convocábo omnes cognatiónes regnórum aquilónis dicit Dóminus, et vénient et ponent unusquisque sólium suum in intróitu portárum Hierúsalem, et super omnes muros ejus in circúitu, et super univérsas urbes Juda. Et loquar júdicia mea cum eis super omni malícia eórum, qui dereliquérunt me et libavérunt diis aliénis : et adoravérunt opus mánuum suárum. Hec dicit.

AS:192; 1519:181r; 1531:111v.²⁵

3. Resp.
I.



U i custo-di- é-bant * á-nimam me- am consí-

7475.

Dominica in passione Domini.

li-um fe-cé-runt in u-num di-cén-tes. †De-us de-re-
lí-quit e-um : per-se-quí-mi-ni et compre-hé-ndi-te
e-um : qui-a non est qui lí-be-ret e-um. De-us
me-us ne longe e-as a me : De-us me-us in adju-
7475a. tó-ri-um me-um in-tén-de. ✠. Omnes i-
nimí-ci me-i advérsum me co-gi-tá-bant ma-la mi-chi : ver-
bum i-ní-quum manda-vé-runt advérsum me di-cén-tes.

†De-us.

Hunc ✠. non sequitur Glória Patri. sed ✠. reincipiatur.

Idem modus servetur in vj. et ix. responsoriis, et in quotidianis ✠. super horas, et in

tercio *R̄.* ad matutinas, et quotidie fiat hoc modo usque ad pascha : quando de temporali agitur tantum.

☪ *In ij. nocturno.*

AS:192; 1519:181v; 1531:111v.

Ant.
IV.v.



4932.

I-cut ex-al-tá-ta est * serpens in hé-remo : i-ta



ex-al- tá-ri opór-tet Fí-li- um hómi-nis. *Ps.* Consérva. (xv.)
[25].

R̄. De ore leónis líbera me Dómine.

R̄. Et a córnibus unicórnium humilitátem meam.

Medie lectiones de sermone beati Johannis episcopi.

Lectio iiij.

Magnum Hieremíe sanctíssimi méritum : magnum in eum collátum divínitus donum.²⁶ Magnum inquam Hieremíe est méritum qui ante promerétur quam náscitur, ante sanctificátur quam éditur : ante prophéta constitúitur quam mundi exórdio potiátur. Dicúntur ejus mérita : et ab eo necdum exercéntur officia. Dona narrántur : nec tamen donórum cause tractántur. Promótió dícitur : et necdum promotiόνis negóciúm apéritur. Noli (inquit Dóminus) putáre Hieremía quod hódie te prophétam constitúo : aut

nunc primum ad istam gentem corrigéndam premítto. Olim enim olim michi probátus ac notus es : olim consecrátus ac dignus, olim prophéta géntibus institútus. Te michi aptum, te ydóneum : presciéntia ipsa monstrávit. Tibi prophetándi preságium : et fidúciam predicándi attríbui. Per te prophéte officia et mee dispositiόνis núncia perférrí ad illos instítui. Te tamen nemo detérreat : nemo tibi formídinem vanam immítat. Inter me et ipsos tu eris médius : qui jussa pérferas, precépta osténdas, mandáta


édicas. Nec poteris reticere que lo-
quor ne silendo possis afferre
perniciem : qui predicando poteris
conferre salutem. Quid est (inquit)

[112r.] Dominator Domine ? Cur in juniore
tam onerosum pondus imponis ? Cur
ad corrigendum populum, etatem
parvulam dirigis ? Cur prophetandi
michi tantam operam credis ? Ego
enim nec ad exequendum idoneus,
qui etate premor, sermone impedi-
or : officio terreor. Noli inquit Dominus
dicere quia junior ego sum. Hoc
enim per te fieri volui. Hoc per te
impleri precipi : ut junior senes, et
ineloquens eloquentes objurges. Te

michi dignum, meritum, non etas
constituit : te idoneum sanctitas non
qualitas sermonis asseruit. Apud me
enim non etas junior impeditur, aut
senior collaudatur : sed actus et vita et
morum dignitas comprobatur. In te
quod amo : in alio non invenio.
Eloquentes plurimos video : sed
probos invenire non possum. Senes
innumeros cerno : sed degeneres
omnes aspicio. Quare te ad gentes et
populos mitto : ut corrigantur pravi,
digressi redeant, contemptores ob-
audiant. Nec aliud poteris velle quam
volo : quia propterea dilectus es : dum
efficis quod exopto. Tu.

AS:193; 1519:181v; 1531:112r.²⁷

4. Resp.
VIII.

6428.  E-us me- us * es tu ne discé- das a me.

†Quó-ni- am tri-bu- lá-ti- o próx-i- ma est : et non

6428a. est qui ádju- vet. ✠. De- us De- us me- us

réspi-ce in me. †Quó-ni- am.

Lectio v.

Rocédit Hieremías ad pópulum :
jussa Dómini constánter edicens.
Lóquitur ad plebem, aggréditur om-
nes : Dei verba insínuat. Hec (inquit)
dicit Dóminus, Quod invenérunt in
me patres vestri delíctum, quia
recessérunt a me ? Próhdolor. Dó-
minus cum contemnéntibus fabulá-
tur. Vult enim inter ipsos et se júdicium
celebrári : vult offénsionis auctórem
détegi, vult delícti causam et
contémptus matériam denudári. Cur
me inquit contémnitis ? Cur me
sacriléga mente deséritis ? Si vobis
unquam contrária íntuli, si próspéra
denegávi, si vos in áliquo deseréndo
offéndi : narráte. Si vero cuncta
préstiti que optástis, nec unquam
vobis aut solátia ábstuli aut beneficia
denegávi : quare vos in próspéris lesi,
quare munéribus offéndi, quare be-
neficiis desertóres exhibuí ? Vos dé-
nique ipsi cur bonis mala repénditis ?
Cur beneficiis contrária irrogátis ?
Aut nunquid ut serviátis nocéndum
est, aut ut revertámini vindicándum ?
Puto enim mélius sponte quam coácti

sérvitis. Mélius illésos dignitas cór-
rigit : quam lesos censúra convértit.
Mélius vos utilia révocant : quam
pene discrúciant. Propter vos Egýp-
tios pressi, Pharaónem delévi, Amór-
reos extínxi : in terram vos repro-
missiónis indúxi. Deos suos gentes
nunquam desérunt, nunquam im-
mútant : nunquam in aliénos cultus
transíliunt. Quod cólere nátio queque
instítuit : hoc formídat, hoc tremit,
hoc instánter deféndit, hoc venerátur
ac súscipit. Perséverat cólere quod
colit, ne mutáto ritu errásse dicátur :
dum quod colúerat desérit. Ille suum
deféndit errórem : et tu tuam Israélita
non víndicas veritátem. Ille perséverat
in falso : et tu non perséveras in vero.
Ille figméntum venerátur et colit : et
tu Deum advérsaris et déspicis. Ille
sua castra deféndit : tu tantum
imperatórem offéndis dum déséris.
Próhnephas. Figméntum nichil pres-
tat, et cólitur : Deus cuncta largítur,
et a propháno pópulo declinátur. Tu
autem Dómine.

AS:193; 1519:181v; 1531:112r.²⁸

5. Resp.
IV.



O-ta di- e * contristá-tus ingre-di- é- bar Dó-



mi- ne : quó-ni- am á-ni-ma me- a implé- ta est il-



lu-si- ó- ni- bus. †Et vim fá-ci- é- bant qui que- ré-



bant á- ni-mam me- am. ⁊ Et qui inqui- ré- bant



ma- la michi lo- cú- ti sunt va- ni- tá- tes : et do- los to- ta



di- e me- di- ta- bán- tur. †Et vim.

7771.

7771a.

Lectio vj.

SI tibi Israélita ex ipsis quispiam diceret : Ego semper quod colui colo : quod deféndi deféndo, quod venerári institui nunquam destitui. Cur tu déservis tua ? Cur exémpa non séqueris mea : ut ita tua retinére conténdas, ut mea cónspicis retinére ?

Aut cur quem colébas Dóminum déservis, cum me figméntum nunquam deseruísse conspéxeris ? Aut quare non póteris meo provocári exémplo, cum tuo ego debúerim provocári ? Quam defénsiónem póteris salútis obténdere, quam vindicatióem pó-

[112v.]

teris invenire, qui nec aliena opprimis, nec tua defendis, nec reos redarguis, nec te innocentem ostendis ? Revertere queso revertere ad Deum. Revertere inquam ad Deum : quia preter illum invenire non poteris alium. Revertere ad eum quem indigne offenderas : revertere ad eum quem crudeliter deserbas. Revertere ad eum qui idcirco causam proponit ut purget, qui idcirco objurgat ut salvet : qui idcirco ante prestruit ne condemnet, dicendo, Quod invenerunt in me patres vestri delictum, quia recesserunt a me ? O veneranda pietas Dei, o detestanda contumacia populi. Dicite (inquit Dominus) quid peccaverim, quidve²⁹ deliquerim ? Cur a vobis contemnari ac deserari ? Cur post beneficia talia non agnoscar, nec post innumera dona a vobis universis attendari ? Aut meam culpam edicite, aut contemptus penas exolvite : aut me vobis in aliquo defuisse monstrate, aut vos michi paruisse ostendite. Quid agis homo ? Quid angeris ? Quid respondere poteris, qui incusaris ? Provocaris a Deo qui sue offensa a te causas exposcit : qui tui contemptus rationes exquirat, qui te sua beneficia duxisse in irritum recognoscit. Quia de ipso

non habes quod queraris : de te jam iudica quod mereris. Confitere igitur confitere quod verum est, et Dominum in suo prestito non cessasse, et te indigne ac sacrilege contempsisse. Confessio enim criminis : venia est contemptoris. Cito fluitur ut ignoscat : qui ad hoc imperat ut defendat. Non te Dominus contemnit si redeas : et si tu contempseras cum abibas. Non te despicit revertentem : qui aliquando horruit desertorem. Tuos non spernabitur reditus : qui ut redeas suos demonstrat affectus. Revertimini inquit ad me : et revertar ad vos. Et iterum, Nolo mortem peccatoris : sed ut convertatur et vivat. Cupit ignoscere, desiderat misereri : desertoris prevenit preces dum ipse hortatur ut homo qui deseruit revertatur. Desertores desertus invitat, contemnentes contemptus revocat : offensus reis se ingerit ut ignoscat. Quare desertor redeat, contemptor serviat, fidem fidelis exhibeat : ut desertori indulgentiam et contemptori veniam, et fideli gloriam celestis tribuat imperator : qui vivit et regnat Deus per omnia secula seculorum amen. Tu autem.

AS:193; 1519:182r; 1531:112v.³⁰


6. Resp.

VIII.



6427.

E-us me- us * é- ri-pe me de ma-nu pec-ca-



tó- ris et de ma-nu contra le-gem a-géntis et




i-ní- qui. †Quó-ni- am tu es pa-ti-én-ci- a me- a.


6427a.



∞. E-ri-pe me de i-nimí-cis me- is De-us me- us :



et ab in-surgénti-bus in me lí-be-ra me.




†Quó-ni- am.

¶ *In tertio nocturno.*


AS:194; 1519:182r; 1531:112v.

4577.

Ant.
VIII.ii.



E-cordá-re * me- i Dómi-ne et é-ru-e me ab



his qui persecúntur me. *Ps. Celi enarrant. (xviij.) [34].*

V. Ne perdas cum ímpiis Deus ánimam meam.

R. Et cum viris sánguinum vitam meam.

C [*Evangelium*]³¹ *Secundum Johannem. viij. (46-59.) [Lectio vij.]*



IN illo témpore,
Dixit Jesus turbis
Judeórum et prin-
cípibus sacerdotum,
Quis ex vobis árguet
me de peccáto ? Si
veritátem dico : quare vos non créditis
michi ? Qui est ex Deo : verba Dei
audit. Et réliqua.

Omelia beati Gregorii pape. (18.)³²

Pensáte fratres charíssimi man-
suetúdinem Dei. Relaxáre pec-
cáta vénerat : et dicébat, Quis ex vobis
árguet me de peccáto ? Non de-
dignáatur ex ratióne osténdere se
peccatórem non esse : qui ex virtúte
divinitátis póterat peccatóres justí-

ficáre. Sed terríbile est valde quod
súbditur, Qui est ex Deo : verba Dei
audit. Proptérea vos non áuditis :
quia ex Deo non estis. Si enim ipse
verba Dei audit qui ex Deo est : et
audíre verba Dei non potest quisquis
ex illo non est : intérroget se
unusquisque si verba Dei in aure
cordis pércipit, et intélligat unde sit.
Celéstem pátriam desideráre véritas
jubet, carnis desidéria conterére,
mundi glóriam declináre : aliéna non
appétere, própria largíri. Penset
unusquisque vestrum apud se, si hec
vox Dei in cordis ejus aure conváluit :
et quia jam ex Deo sit agnóscit.


AS:194; 1519:182v; 1531:112v.³³

7. Resp.
IV.



D-jú- tor* et suscep- tor me- us tu es Dómi- ne :

6036.



et in verbum tu- um spe-rá- vi. †Decli-ná-te a me
 ma-líg- ni : et scru-tá- bor mandá- ta De- i me- i.
 6036b. †. I- níquos ó- di- o há- bu- i : et le- gem tu-
 am di- lé- xi. †Decli-ná-te.

Lectio viij.

NAm sunt nonnulli qui precépta Dei nec aure córporis audíre dignántur. Et sunt nonnulli qui hec quidem córporis aure percípiunt : sed nullo ea mentis desidério complectúntur. Et sunt nonnulli qui libénter verba Dei suscípiunt : ita ut étiam flétibus compungántur : sed post lachrymárum tempus ad iniquitátem rédeunt. Hi profécto verba Dei non áudiunt : quia hec exércere in ópere contémnunt. Vitam ergo vestram

fratres charíssimi ante mentis óculos revocáte, et alta consideratióne per- timéscite : hoc quod ex ore veritátis sonat. Proptérea vos non áuditis : quia ex Deo non estis. Sed hoc quod de reprobis véritas lóquitur : ipsi de semetípsis réprobi iníquis suis opéribus osténdunt. Nam séquitur, Respondérunt ergo Judéi et dixerunt, Nonne bene dícimus nos quia Samaritánus es tu, et demónium habes ?

AS:194; 1519:182v; 1531:113r.³⁴

6941.
8. Resp.
II.



N te jactá- tus sum * ex ú-te-ro de ventre ma-
tris me- e De-us me- us es tu ne dis- cé-das
a me. †Quó- ni- am tri-bu-lá-ti- o pró-xima est,
et non est qui ádju- vet. ⁊ Sal- va me ex o-re
le-ó- nis : et a córni-bus u-ni-córni- um humi-li- tá-
tem me- am. †Quo- ni- am.

6941b.

Lectio ix.

Accépta ergo tanta contumélia :
quid Dóminus respóndeat au-
diámus. Ego demónium non hábeo,
sed honorífico Patrem meum, et vos
inhonorástis me. Quia enim Samari-
tánus, interpretátur custos, et ipse
veráciter custos est, de quo Psalmísta
ait, Nisi Dóminus custodíerit ci-

vitátem, in vanum vígilant qui
custódiunt eam, et cui per Esáyam
dicitur, Custos quid de nocte : custos
quid de nocte : respóndere nóluit
Dóminus, Samaritánus non sum, sed,
Ego demónium non hábeo. Duo
quippe ei illáta fúerant. Unum
negávit : et áliud tacéndo consénsit.

Custos namque humáni géneris vénerat. Et si Samaritánum se non esse díceret : esse se custódem negáret. Sed tácuít quod recognóvit : et paciénter répulit quod falláciter audívit dicens, Ego demónium non

hábeo. In quibus verbis quid áliud quam supérbia nostra confúnditur : que si exagitáta vel léviter fúerit : atrocióres injúrias reddit quam accépit. Facit mala que potest : et minátur que fácere non potest.


AS:194; 1519:183r; 1531:113r.

6931.

9. Resp.
VII.




N pró-ximo * est tri-bu-lá-ti- o me- a Dó- mi-



ne, et non est qui ádju- vet : ut fó-di- ant




ma-nus me- as et pe-des me- os, lí-be-ra me de o-




re le- ó- nis. †Ut e-nár-rem nomen tu- um frá-

6931b.




tri-bus me- is. ✠. E- ru- e a frá-me-a De- us á-



nimam me- am : et de ma-nu ca-nis ú- ni- cam me-

Dominica in passione Domini.



am. †Ut e-nár-rem.

Responsorium. In próximo.


Ferialia ℞.

AS:195; 1519:183r; 1531:113r.




E per-das * cum ímpi- is De-us á- nimam

7207.



me- am : et cum vi- ris sánqui- num vi- tam me- am.




†Ré-di-me me Dómi- ne. ℞. E-ri- pe me Dómi-ne ab

7207a.



hó-mi-ne ma- lo : a vi-ro i-níquo lí-be- ra me.



†Ré-di-me.

AS:195; 1519:183v; 1531:113r.³⁵



E a-vér-tas * fá-ci-em tu- am a pú-e- ro tu-

7203.

Dominica in passione Domini.

o Dómi- ne. †Quó-ni- am trí- bu- lor ve-ló- ci-ter
 ex- áudi me. ⁊. Intén-de á-nime me-e et lí-be-ra
 e- am : propter i-nimí-cos me-os é-ri- pe me.

7203b.

†Quó-ni- am.

Hec duo R. ferialia semper dicuntur pariter in uno die : et hoc quotiens dicitur de tertio nocturno per ebdomadam de servitio temporalis.

[Ante laudes.]

⁊. Inténde ánime mee et líbera eam.

R. Propter inimícos meos éripe me.

Iste versus dicitur quotidie ante laudes usque ad cenam Domini quando de temporalis agitur.

☩ In laudibus.

AS:195; 1519:183v; 1531:113r.

5378. 1. Ant.
VIII.i.

I-de Dómi-ne * afflic-ti- ónem me-am : quó-ni- am



e-réctus est i-nimí-cus me-us. *Ps.* Miserére. (*l.*) [173].

AS:196; 1519:183v; 1531:113r.


2. Ant.

VII.ii.

3297.



N tri-bu-la-ti-óne * invo-cá-vi Dómi-num : et




ex-au-dí-vit me in la-ti-tú-di-ne. *Ps.* Confitémini.

(*cxvij.*) [95].

AS:196; 1519:183v; 1531:113r.

3. Ant.

IV.v.



U-di-cásti Dómi-ne * causam á-nime me-e : de-




fén-sor vi-te me- e Dómi-ne De-us me-us. *Ps.* Deus Deus.

(*lxij.*) [47].


AS:196; 1519:184r; 1531:113r.

4. Ant.

IV.iv.



Opu-le me-us * quid fe-ci ti-bi : aut quid mo-léstus



fu- i respón-de michi. *Ps.* Benedícite. (*Daniel. iij.*) [48].

3518.

4312.

AS:196; 1519:184r; 1531:113r.

5. Ant.

IV.v.



Unquid réddi-tur * pro bono ma-lum : qui- a fo-



dé-runt fó-ve-am á-nime me-e ? *Ps. Laudáte. (cxlviij.-cl.)*
[49].

Capitulum. Hebr. ix. (II.)

CHristus assístens pón-tifex futu-
rórur bonórur, perámp-lius et
perféctius tabernáculum non manu-
fáctum,³⁶ id est non hujus creatiónis,

neque per sánguinem hyrcórur aut
vitulórur, sed per próp-riur sángu-
nem introívit semel in sancta, etérna
redemptióne invénta.


HS:44v; 1519:184r; 1531:113r.³⁷

8367e.


Hymn.
III.




Ustra sex qui jam pe-rácta, * tempus implens córpo-



ris : Se vo-lénte na-tus ad hoc, passi- ó-ni dé-di-tus : Agnus



in cru- ce le-vá-tur, immo-lándus stí-pi-te. 2. Hic a-cé-tum,



fel, a-rúndo, spu-ta, cla-vis, lánce-a : Mi-te corpus perfo-

Dominica in passione Domini.

rá-tur, sanguis, unda próflu-it : Terra, ponthus, astra, mun-
dus, quo la-vántur flúmi-ne. 3. Crux fi-dé-lis inter omnes,
arbor u-na nó-bi-lis : Nul-la silva ta-lem pro-fert, fronde,
flo-re, gérmí-ne : Dulce lignum, dulces cla-vos, dulce pondus
sústi-net. 4. Flecte ramos arbor al-ta, tensa la-xa vísce-ra,
Et ri-gor lentéscat il-le, quem de-dit na-tí-vi-tas : Ut su-pér-
ni membra re-gis, mi-ti tendas stí-pi-te. 5. So-la digna tu fu-
ís-ti, ferre pré-ci-um sé-cu-li : Atque portum pre-pa-rá-

Dominica in passione Domini.




re, nauta mundo náufra-go : Quem sa-cer cru-or pe-rúnxit,
fu-sus Agni córpo-re. 6. Gló-ri- a et honor De-o, usque-
quo Altíssimo : Una Pa-tri Fi-li-óque, incly-to Pa-rácly-
to : Cu- i laus est et po-téstas, per e-térna sé-cu-la. Amen.

℣. Eripe me de inimícis meis Deus meus.

℟. Et ab insurgéntibus in me líbera me.


AS:196; 1519:184v; 1531:113r.³⁸

4548. Ant.
IV.ii.



[113v.] Uis ex vo-bis * ár-gu-et me de pec-cá-to ? si ve-ri-
tá-tem di-co : qua- re vos non cré-di-tis michi ? qui est ex
De-o verba De-i au-dit, propté-re- a vos non áudi-tis :

Dominica in passione Domini.




qui- a ex De- o non estis. *Ps.* Benedíctus. 59*.

Oratio. Quésumus omnipotens Deus. 1067.

¶ *Ad j.*

AS:196; 1519:184v; 1531:113v.

Ant.
VIII.ii.



2570.

- go * demó-ni- um non há-be-o : sed hono-rí-fi-



co Patrem me- um di- cit Dómi- nus. *Ps.* Deus Deus meus
respice. (xxj.) [91].


¶ *Ab hac die et deinceps usque ad octavas pasche non dicitur responsorium Jesu Christe. sed post capitulum statim dicitur V̄. ab uno solo puero ex parte chori : loco nec habitu mutato.*

1519:184v; 1531:113v.



8071.

X-úrge Dómi- ne ádju- va nos. *R̄.* Et lí- be- ra nos




propter nomen tu- um.

Hoc eodem modo dicitur quotidie usque ad cenam Domini : quando de temporalí agitur.

¶ *Ad iij.*


AS:197; 1519:184v; 1531:113v.

Ant.
VIII.ii.



2575.

- go * gló-ri- am me- am non que- ro : est qui




que- rat et jú- di- cet. *Ps.* Legem pone. (*cxviij.* 33.) [132].

Capitulum. Christus assistens póntifex. 1092.


AS:197; 1519:184v; 1531:113v.³⁹

6671. Resp.
II.




- ru- e

Chorus prosequatur totum.




* a frá- me- a De- us á- nimam me- am. † Et de



ma- nu ca- nis ú- ni- cam me- am.


Clericus.



6671a.

∕. E- ri- pe me Dómi- ne ab hó- mi- ne ma- lo : a vi- ro

Dominica in passione Domini.



℣. De ore leónis [libera me Dómine.

℞. Et a cónibus unicórnium humilitátem meam].⁴⁰

¶ *Ad vj.*

AS:197; 1519:185r; 1531:113v.

Ant.
Ii.




- men amen di-co vo-bis : * si quis sermónem

1377.



me-um servá- ve- rit, mortem non gustá-bit in e- térnnum.



Ps. Defécit. (cxviiij. 81.) [141].

Capitulum. (Hebr. ix. 14.)

§ Anguis Christi qui per Spíritum
sanctum semetípsum óbtulit
immaculátum Deo : emundábit con-

sciéntiam nostram ab opéribus mór-
tuis, ad serviéndum Deo vivénti. [℞.]
[Deo grátias.]⁴¹

AS:197; 1519:185r; 1531:113v.⁴²

Resp.
II.



E o-re


6395.

Dominica in passione Domini.

Chorus prosequatur totum.




* le-ó- nis lí-be-ra me Dómi- ne. †Et a córni-




bus u- ni-cór- ni- um humi-li-tá- tem me- am.

Clericus.



∅. E- ru- e a fráme- a De- us á-nimam me- am : et de



ma- nu ca- nis ú- ni- cam me- am. †Et a.

∅. Ne perdas cum ímpiis [Deus ánimam meam.

R. Et cum viris sánguinum vitam meam].⁴³

¶ *Ad ix.*

AS:197; 1519:185v; 1531:113v.



- bra- ham pa- ter vester * ex- ultá- vit ut vi- dé- ret



di- em me- um : vi- dit et ga- ví- sus est. *Ps. Mirabilia. (cxviiij. 129.) [150].*

Dominica in passione Domini.

Capitulum. (Hebr. ix. 15.)

Ideo fratres Christus novi testaménti mediátor est : ut morte intercedente repromissionem accipiant qui vocati sunt eterne hereditatis.

AS:198; 1519:185v; 1531:113v.⁴⁴


Resp.
VI.




Rín-ci-pes

7433.


Chorus prosequatur totum.



* perse-cú-ti sunt me gra-tis : et a ver-bis tu-is for-




mi-dá-vit cor me-um. †Le-tá-bor e-go su-per e-




ló-qui-a tu-a.

Clericus.



℣. Qua-si qui invé-nit spó-li-a mul-ta.



†Le-tá-bor.

7433a.

℣. Eripe me Dómine ab hómine malo.

℞. Et⁴⁵ a viro iníquo éripe me.

¶ *Ad [ij.] vesp̄as.*


Ant. Sede a dextris. [311].

Ps. Dixit Dóminus. (*cix.*) [311].

Capitulum. Christus assistens. 1092.

AS:198; 1519:185v; 1531:113v.⁴⁶

7811. Resp.
IV.




Squequo

Chorus prosequatur totum.




* ex-al-tá-bi-tur i-nimí-cus me- us su-per me.




†Ré-spi-ce et ex-áudi me Dómi-ne De- us me- us.

Clericus.


7811a.



℣. Qui trí-bu-lant me ex-ultá-bunt si mo-tus



fú-e-ro : e-go autem in mi-se-ri-córdi-a tu- a



spe- rá- vi. †Ré-spi-ce.

Non dicitur Glória. sed responsorium reincipiatur.

Dominica in passione Domini.


Hoc R̄. dicitur quotidie ad vespervas per ebdomadam, quando de temporalī agitur.

Hymnus. Vexilla regis pr̄deunt. 1064.

Ÿ. Dedērunt in escam meam fel. 1066.

AS:198; 1519:186r; 1531:113v.

Ant.
Ii.



sar0008.

- men a-men * di-co vo-bis ántequam Abra-



ham fí-e-ret e-go sum. Sustu-lé-runt lá-pi-des Ju-dé-i



ut já-ce-rent in Je-sum. Je-sus au-tem abscondit se : et ex-



í-vit de templo. *Ps. Magnificat. 53**.


Oratio. Quésumus omnipotens Deus. 1067.

¶ *Feria ij. in passione Domini.*

Ad matutinas.

AS:198; 1519:186r; 1531:113v.

sar0151. Invit. VI.iii.



- do-rémus * Dó-mi-num. †Qui nos ré-demit per
cru-cem. Ps. Ve-ní-te. 35*.

Hoc invitatorium dicitur quotidie ad matutinas usque ad cenam Domini : quando de feria agitur.

Hymnus. Pange lingua. 1072.

Ad nocturnum ant. Dóminus defénsor. [160].

Ps. Dóminus illuminátio. (xxvj.) [160].

Et [alie]⁴⁷ antiphone cum suis psalmis de nocturno more solito dicuntur, et sic fiat in singulis nocturnis quotidie usque ad cenam Domini quando fit de feria.

Quotidie per hanc ebdomadam dicuntur V̄. et R̄. ad matutinas secundum ordinem nocturnorum hystorie dominicalis : excepto primo R̄. quod non dicitur, ita tamen quod R̄. ferialia non omittantur.

Lectio j. Hier. j. (17.)

TU ergo accínges lumbos tuos et surge : et lóquere ad eos ómnia que ego precípío tibi. Ne formídes a fácie eórum : nec enim timére te fáciam vultum eórum. Ego quippe dedi te hódie in civitátem munitam : et in colúmnam férream, et in murum éreum super omnem

terram : régibus Juda et princípibus ejus et sacerdotibus et omni pópulo terre. Et bellábunt advérsus te et non prevalébunt : quia tecum ego sum ait Dóminus : ut líberem te.

Et factum est verbum Dómini ad me dicens, Vade et clama in áuribus Hierúsalem dicens, Hec dicit Dó-

(*Hier. ij.*)

minus. Recordátus sum tui miserans
adolescéntiam tuam et charitátem
desponsatiónis tue : quando secúta es
me in desérto in terra que non
semimátur. Sanctus Israel Dómino

primitie frugum ejus. Omnes qui
dévorant eum delínquunt : mala
vénient super eos dicit Dóminus.
Hec dicit.

Lectio ij. (Hiere. ij. 4.)

Audíte verbum Dómini domus
Juda : et omnes cognatiónes
domus Israel. Hec dicit Dóminus,
Quid invenérunt patres vestri in me
iniquitátis : quia elongavérunt a me et
ambulavérunt post vanitátem : et vani
facti sunt ? Et non dixerunt, ubi est
[114r.] Dóminus qui ascéndere nos fecit de
terra Egýpti, qui transdúxit nos in
desértum per terram inhabitábilem et

ínviam, per terram sitis et ymáginem
mortis, per terram in qua non
ambulávit vir neque habitávit homo,
et indúxi vos in terram Carméli : ut
comedéretis fructum ejus et óptima
illius. Et ingressi contaminástis ter-
ram meam : et hereditátem meam
posuístis in abominatiónem. Hec
dicit.

Lectio tertia. (Hiere. ij. 8.)

Sacerdótes non dixerunt, Ubi est
Dóminus : et tenétes legem
nesciérunt me, et pastóres prevaricati
sunt in me, et prophéte prophe-
tavérunt in Baal, et ydóla secúti sunt.
Proptérea adhuc júdicio conténdam
vobíscum ait Dóminus : et cum filiis
vestris disceptábo. Tránsite ad ín-
sulas Cethym et vidéte, et in Cedar
míttite et consideráte veheménter : et
vidéte si factum est hujúsmodi, si

mutávit gens deos suos, et certe ipsi
non sunt dii. Pópulus vero meus
mutávit glóriam suam in ydólum.
Obstupéscite celi super hoc : et porte
ejus desolámini veheménter dicit
Dóminus. Duo enim mala fecit pó-
pulus meus. Me dereliquérunt fon-
tem aque vive : et fodérunt sibi
cistérnas dissipátas, que continére non
valent aquas.

¶ *In laudibus.*

Antiphona et psalmi illius ferie.

Capitulum. Hier. xj. (18.)

Domine demonstrasti michi et | stúdia eórum : et ego quasi agnus
cognóvi, tu ostendisti michi | mansuétus qui portátur ad víctimam.


Hymnus. Lustra sex qui jam perácta. 1092.

V. Eripe me de inimicis [meis Deus meus.

R. Et ab insurgéntibus in me líbera me].⁴⁸

AS:199; 1519:186v; 1531:114r.⁴⁹

3221. Ant.
VIII.i.



N di-e * magno festi-vi-tá-tis sta-bat Je-sus et
clamá-bat di-cens, Si quis si-tit : vé-ni- at ad me et bi-bat.

Ps. Benedíctus. 68.*


Oratio.

Sanctífica quésumus Dómine | nobis propícus indulgéntiam largíre
nostra jejúnia : et cunctárum | culpárum. Per Dóminum.

¶ *Ad primam.*

AS:199; 1519:186v; 1531:114r.⁵⁰

Ant.
VIII.iv.




1419.

- nime impi-ó-rum * fremé-bant advérsus me :



et gra-vá-tum est cor me-um su-per e-os.




Ps. Deus in nómine. (*liij.*) [95].

¶ *Ad iij.*

AS:196; 1519:183v; 1531:114r.

Ant.
IV.v.



3518.

U-di-cásti Dómi-ne * causam á-nime me-e : de-



fénsor vi-te me- e Dómi-ne De-us me-us. *Ps.* Legem pone.
(*cxviij.* 33.) [132].

Capitulum. Esai. l. (6.)

FAciam meam non avérti ab in-
crepántibus et conspuéntibus in

me, Dómine Deus auxiliátor meus :
et ideo non sum confúsus.


℞. Erue a frámea. 1096.

℣. De ore leónis [líbera me Dómine].⁵¹ 1096.

¶ *Ad sextam.*

AS:196; 1519:184r; 1531:114r.

4312. Ant.
IV.iv.



D Opu-le me-us * quid fe-ci ti-bi : aut quid mo-léstus
fu- i respónde michi. *Ps.* Defécit in salutáre. (*cxviiij.* 81.) [141].

Capitulum. Esai. l. (7).

D omine Deus auxiliátor meus, et ideo non sum confúsus : ideo pósui fáciem meam ut petram		duríssimam, et scio quóniam non confúndar.
--	--	---


℞. De ore leónis. 1097.

℣. Ne perdas cum ímpiis [Deus ánimam meam].⁵² 1098.

¶ *Ad ix.*

AS:196; 1519:184r; 1531:114r.

3972. Ant.
IV.v.



Unquid réddi-tur * pro bono ma-lum : qui- a fo-
dé-runt fó-ve-am á-nime me-e ? *Ps.* Mirabília. (*cxviiij.* 129.)
[150].

Capitulum. (Hiere. xvij. 18).

C onfundántur qui me perse- quúntur et non confúndar ego, páveant illi et non páveam ego, induc		super eos diem afflictiónis : et dúplici contritióne cóntere eos Dómine Deus noster.
--	--	--

R. Príncipes. 1099.

V. Eripe me Dómine ab hómine malo. 1099.

Supradictus ordo hymnorum, capitulorum et antiphonarum servetur quotidie usque ad cenam Domini. R. et V. ad omnes horas per ebdomadam tantum dicuntur : antiphone et capitula usque ad cenam Domini in ferialibus diebus tantum.

¶ *Ad vespas.*

Antiphone et psalmi feriales. [319].

Capitulum. (Thre. iij. 58.)

JUdicásti Dómine [causam anime mee, defénsor vite mee : Dómine Deus meus].⁵³

¶ *Hoc capitulum dicitur ad vespas usque ad quartam feriam ante pascha : quando de feria agitur.*

R. Usquequo. 1100.


Hymnus. Vexilla regis pródeunt. 1064.

V. Dedérunt in escam meam fel. 1066.

AS:199; 1519:187r; 1531:114r.


Ant.

IV.v.



4497.

I quis si-tit * vé-ni- at et bi-bat : et de ventre e-jus



flu-ent aque vi-ve. *Ps. Magníficat. 60*.*

Oratio.

DA quésumus Domine pópulo tuo Spíritum veritátis et pacis : ut te tota mente cognóscat, et que

tibi plácita sunt, pia devótione exérceat. Per Dóminum ejúsdem.

¶ *Feria tertia.*

[*Ad matutinas.*]

Lectio prima. (Hiere. ij. 14.)

Unquid servus est Israel, aut vernáculus ? Quare ergo factus est in predam ? Super eum rugiébant leónes et dedérunt vocem suam, posuérunt terram ejus in solitúdinem : civitátes ejus exúste sunt, et non est qui hábitet in eis. Fílii quoque Mémphéos et Taphnes constupravérunt te usque ad vérticem.

Nunquid non istud est factum tibi quia dereliquísti Dóminum Deum tuum : eo témpore quo ducébat te per viam ? Et nunc quid tibi vis in via Egýpti ut bibas aquam túrbidam ? Et quid tibi cum via Assyriórum ut bibas aquam flúminis ? Arguet te malícia tua : et avérsio tua increpábit te. Hec dicit Dóminus.

Lectio secunda. (Hiere. ij. 19.)

Scito et vide quia malum et amárum est reliquísse te Dóminum Deum tuum, et non esse timórem ejus apud te : dicit Dóminus Deus exercítuum. A século confregísti jugum meum : rupísti víncula mea et dixísti, Non sérviam. In omni enim colle sublími, et sub omni ligno

frondóso tu prosteruebáris méretrix. Ego autem plantávi te véneam eléctam omne semen verum. Quómodo ergo convérsa es in pravum vénea aliéna ? Si lavéris te nitro et multiplicáveris tibi herbam bóriti : maculáta es in iniquitáte tua coram me dicit Dóminus Deus. Hec dicit.


Lectio tertia. (Hiere. ij. 23.)

Quómodo dicis, Non sum pollúta : post Báalim non ambulávi. Vide vias tuas in conválle, scito quid féceris. Cursor levis éxplicans vias tuas ónager assuétus in solitúdine, in desidério ánime sue attráxit ventum amóris sui : nullus avértet eam. Om-

nes qui querunt eam non deficient : in ménstruis ejus invénient eam. Próhibe pedem tuum a nuditáte, et guttur tuum a siti. Et dixísti, Desperávi : nequáquam fáciam. Adamávi quippe aliénos : et post eos ambulábo. Hec dicit.


AS:199; 1519:187r; 1531:114v.

Ant.
IV.v.



5131.

Tempus me-um * nondum advé-nit : tempus autem



vestrum semper est pa-rá-tum. *Ps.* Benedíctus. 59*.

Oratio.


Rostra tibi Dómine quésumus⁵⁴
sint accépta jejúnia : que nos et
expiándo grátia tua⁵⁵ dignos efficiant,

et ad remédia perdúcant etérna. Per
Dóminum.

¶ *Ad vesperas.*


AS:199; 1519:187r; 1531:114v.

Ant.
I.vi.




5493.

Os ascé-di-te * ad di-em festum hunc : e-go non



ascéndam, qui-a tempus me-um non dum advé-nit.



Ps. Magníficat. 53*.

Oratio.


DA nobis quésumus Dómine
perseverántem in tua voluntáte
famulátum : ut in diébus nostris et

mérito et número pópulus tibi
sérviens augeátur. Per.

¶ *Feria quarta.*


[*Ad matutinas.*]

Lectio prima. Hier. ij. (26.)

 Uómo confúnditur fur quando deprehénditur : sic confúsi sunt domus Israel, ipsi et reges eórum príncipes et sacerdótes et prophéte eórum, dicétes ligno, pater meus es tu, et lápidi, tu me genuísti. Vertérunt ad me tergum et non fáciem : et in témpore afflictiónis sue dicent, Surge et líbera nos. Ubi sunt díi tui quos fecísti tibi ? Surgant et líberent te in


témpore afflictiónis tue. Secúndum númerum quippe civitátum tuárum : erant díi tui Juda. Quid vultis mecum júdicio conténdere ? Omnes dereliquístis me dicit Dóminus. Frustra percússi filios vestros : disciplínam non recepérunt. Devorávit gládius vester prophétas vestros : quasi leo vastátor generátio vestra, vidéte verbum Dómini. Hec dicit.

Lectio secunda. (Hier. ij. 31.)

 Unquid solitúdo factus sum Israéli, aut terra serótina ? Quare ergo dixit pópulus meus, recéssimus et non veniémus ultra ad te ? Nunquid obliviscitur virgo ornamenti sui, aut sponsa fáscie pectorális sue ? Pópulus vero meus oblítus est mei : díebus innúmeris. Quid níteris bonam osténdere viam tuam ad

queréndam dilectiónem : que însuper et malícias tuas docuísti vias tuas : et in alis tuis invéntus est sanguis animárum páuperum et innocéntum ? Non in fossis invéni eos : sed in ómnibus que supra memorávi. Et dixísti, Absque peccáto et ínnocens ego sum : et proptérea avertátur furor tuus a me. Hec dicit.

Lectio iij. (Hier. ij. 35.)

 Cce ego júdicio conténdam tecum : eo quod díxeris non peccávi. Quam vilis es facta nimis íterans vias tuas : et ab Egýpto confúnderis sicut confúsa es ab Assur. Nam et ab ista egredíeris, et manus

tue erunt super caput tuum : quóniam obrívít Dóminus confidéntiam tuam : et nichil habébis prósuperum.


Vulgo dicitur, Si dimiserit vir uxórem suam, et recédens ab eo *(Hier. iij.)*

dúxerit virum álterum : nunquid
revertétur ad eum ultra ? Nunquid
non pollúta et contamináta erit
múlier illa ? Tu autem fornicáta es
cum amatóribus multis : tamen

revértere ad me dicit Dóminus et ego
suscípiam te. Leva oculos tuos in
diréctum : et vide ubi nunc prostráta
sis. Hec dicit.


AS:199; 1519:187r; 1531:114v.

Ant.
IV.v.



4203.

- ves me-e * vo-cem me-am áudi-unt : et e-go



Dómi-nus agnósco e-as. *Ps.* Benedíctus. 59*.

Oratio.

Sanctificáto hoc jejúnio Deus
tuórum corda fidélium mise-
rátor illústra : et quibus devotiónis

prestas afféctum, prebe supplicántibus
pium benígnus audítum. Per Dó-
minum nostrum.

¶ *Ad vesperas.*


AS:200; 1519:187r; 1531:113v.

Ant.
IV.v.



3827.

Ultra bo-na ópe-ra * ope-rá-tus sum vo-bis : propter



quod o-pus vul-tis me occí-de-re. *Ps.* Magníficat. 60*.

Oratio.

[115r.]

ADvéniat quésumus Dómine
misericórdia tua speráta sup-
plícibus : et eis celéstis munificéntia

tribuátur, quátenus⁵⁶ et recte peténda
póstulent, et postuláta percípiant.
Per.

¶ *Feria v.*

[*Ad matutinas.*]

Lectio j. Hier. iij. (2.)

N viis sedébas expéctans eos
quasi latro in solitúdine : et
polluísti terram in forni-
caciónibus tuis et in malíciis tuis.
Quamóbrem prohibíte sunt stille
pluviárum : et serótinus imber non
fuit. Frons mulieris meretrícis facta
est tibi : noluísti erubéscere. Ergo
saltem ámodo voca me : Pater meus,
dux virginitátis mee tu es. Nunquid

irascéris in perpétuum : aut
perseverábis in finem ? Ecce locúta es
et fecísti mala, et potuísti : et pro
verbis peniténtie, verbis supérbie
blasphemásti, et implésti malam co-
gitationém tuam : et ostendísti contra
virum tuum fortitudinem tuam : ut
possis fácere quod sermóne tractásti.
Hec dicit Dóminus Deus.

Lectio ij. (Hier. iij. 6.)

ET dixit Dóminus ad me in
diébus Josíe regis, Nunquid vi-
disti quid fécerit aversátrix Israel ?
Abiit síbimet super omnem montem
excélsu[m] et sub omni ligno frondóso :
et fornicáta est ibi. Et dixi, cum
fecísset hec ómnia, ad me revértere, et
non est revérsa. Et vidit prevaricátrix
soror ejus Juda, quia pro eo quod
mecháta esset aversátrix Israel

dimisíssem eam et dedíssem ei
libéllum repúdií : et non tímuit
prevaricátrix Juda soror ejus : sed ábiit
et fornicáta est étiam ipsa, et facilitáte
fornicationis sue contaminávit terram,
et mecháta est cum lápide et cum
ligno. Et in ómnibus his non est
revérsa ad me prevaricátrix soror ejus
Juda in toto corde suo : sed in
mendácio ait Dóminus.

Lectio iij. (Hiere. iij. 11.)


QUOD dixit Dóminus ad me, Justificávit ánimam suam aversátrix Israel : comparatióne prevaricatiónis Juda. Vade et clama sermones istos contra aquilónem : et dices, Revértere, aversátrix Israel ait Dóminus, et non avértam fáciem meam a vobis : quia sanctus ego sum

dicit Dóminus, et non iráscar in perpétuum. Tamen scito iniquitátem tuam, quia in Dóminum Deum tuum prevaricáta es : et dispersísti vias tuas aliénis sub omni ligno frondoso, et vocem meam non audísti, ait Dóminus.


[*In laudibus.*]

AS:200; 1519:187v; 1531:115r.⁵⁷

Ant.
Li.



Uid mo-lésti es-tis * hu-ic mu-lí- e- ri : opus



e-nim bo-num o-pe-rá-ta est in me. *Ps.* Benedíctus. 52*.

4527.

Oratio.

Resta quésumus omnipotens Deus : ut dignitas conditionis humane per immoderántiam sauciáta,

medicinális parsimónie stúdio reformétur. Per.

¶ *Ad vespas.*

AS:200; 1519:187v; 1531:115r.⁵⁸


Ant.
Liv.



It-tens * hec mú-li-er in corpus me-um hoc un-



3799.



guén- tum : ad se-pe-li- éndum me fe-cit. *Ps. Magnificat.* 53*.

Oratio.

Essto quésumus Dómine pro-
pícius plebi tue : ut que tibi non
placent respuéntes,⁵⁹ tuórum pótius

repleántur delectatióibus manda-
tórum. Per Dóminum.

¶ *Feria sexta.*

[*Ad matutinas.*]

Lectio prima. Hier. iij. (14.)

Convertimini filii revertentes
dicit Dóminus : quia ego vir
vester. Et assúmam vos
unum de civitate et duos de
cognatióne et introducam vos in
Syon. Et dabo vobis pastóres juxta
cor meum : et pascent vos sciéntia et
doctrína. Cunque multiplicati fuéritis
et crevéritis in terra in diébus illis ait
Dóminus : non dicent ultra, Archa

testaménti Dómini, neque ascéndet
super cor neque recordabúntur illíus,
nec visitábitur, nec fiet ultra. In
témpace illo vocábunt Hierúsalem
sólium Dómini : et congregabúntur
ad eam omnes gentes in nómine
Dómini in Hierúsalem, et non
ambulábunt post pravitatem cordis sui
péssimi. Hec dicit.

Lectio ij. (Hier. iij. 18.)

IN diébus illis ibit domus Juda ad
domum Israel, et vénient simul
de terra aquilonis ad terram quam
dedi pátribus vestris. Ego autem dixi,
Quómodo ponam te in filiis : et
tríbuam tibi terram desiderábilem :
hereditatem precláram exercítuum
géntium ? Et dixi, Patrem vocábis

me, et post me ingrédí non cessábis.
Sed quómodo si contémpnat múlier
amatórem suum : sic contémpsit me
domus Israel dicit Dóminus. Vox in
viis audíta est plorátus et ululátus
filiórum Israel : quóniam iníquam
fecérunt viam suam, oblíti sunt
Dómini Dei sui.

Lectio iij. (Hiere. iij. 22.)

Convertimini filii revertentes : et sanábo aversiónes vestras. Ecce nos venimus ad te : tu enim es Dóminus Deus noster. Vere mendáces erant colles : multitúdo móntium.


[115v.] Vere in Dómino Deo nostro salus Israel. Confúsisiónis cómedit labórem patrum nostrórum ab adolescéntia nostra : greges eórum et arménta

eórum, filios eórum et filias eórum. Dormiémus in confusióne nostra : et opériet nos ignomínia nostra : quóniam Dómino Deo nostro peccávimus nos et patres nostri ab adolescéntia nostra usque ad hanc diem, et non audívimus vocem Dómini Dei nostri. Hec dicit.

[*In laudibus.*]

AS:200; 1519:187v; 1531:115v.

Ant.
Ii.




1465.

Ppro-pinquá-bat * autem di- es festus : et que-ré-



bant prínci-pes sa-cerdó-tum quó-modo Je- sum interfí-



ce- rent, sed timé-bant ple-bem. Ps. Benedíctus. 52*.

Oratio.

Cordibus nostris quésumus Dómine auxiliúm grátie tuos beníg-nus infúnde : ut peccáta nostra casti-

gatióne voluntária cohibéntes, tempo-ráliter pótius macerémur quam sup-plíciis deputémur etérnis. Per.

Ad vesperas.

AS:200; 1519:188r; 1531:115v.

4380.
Ant.
I.v.

Rín-ci-pes * sa-cerdó-tum consí-li-um fe-cé-
runt ut Je-sum occí-de-rent, di-cé-bant au-tem, Non in
di-e fes-to : ne forte tumúltus fí-e-ret in pópu-lo.

Ps. Magnificat. 53.*

Oratio.

Concède nobis quæsumus Dó-
mine véniam peccatórum, et
religiónis augméntum : atque ut in

nobis tua dona múltíplex, tuis fac
mandatis promptiôres. Per.

¶ *Sabbato.*

[*Ad matutinas.*]

Lectio prima. Hier. iiij. (1.)

I convérteris Israel (ait
Dóminus) ad me convértere.
Si abstuléris offendícula tua
a fácie mea, non commovéberis. Et
jurábis vivit Dóminus in veritáte et in

judício et in justícia : et benedícant
eum gentes ipsúmque laudábunt.
Hec enim dicit Dóminus viro Juda, et
habitatóri Hierúsalem. Nováte vobis
novále : et nolíte sérere super spinas.

Circuncidimini Dómino et auferte prepútia córdium vestrórum viri Juda et habitatóres Hierúsalem : ne forte egrediátur ut ignis indignátio mea, et

succendátur : et non sit qui extínguat propter malíciam cogitatiónum vestrárum. Hec dicit Dóminus.

Lectio secunda. (Hiere. iij. 5.)

ANnunciáte in Juda et in Hierúsalem audítum fácite : loquímini et cánite tuba in terra, clamáte fórtiter et dícite, Congregámini et ingrediámur civitátes múnitas, leváte signum in Syon. Confortámini nolíte stare : quia malum ego addúco ab aquilóne, et contritiónem magnam. Ascéndet leo de cubíli suo : et predo géntium se levábit. Egréssus est de loco suo : ut ponat terram tuam in desolatiónem. Civitátes tuas vastabúntur : rema-

nentes absque habitatóre. Super hoc accíngite vos cilíciis, plángite et ululáte : quia non est avérsa ira furóris Dómini a vobis. Et erit⁶⁰ in die illa dicit Dóminus, períbit cor regis et cor princípum : et obstupéscant sacerdótes et prophéte consternabúntur. Et dixi, Heu heu heu Dómine Deus. Ergo ne decepísti pópulum istum et Hierúsalem, dicens, pax erit vobis, et ecce pervénit gládius usque ad ánimam ? Hec dicit Dóminus.


Lectio tertia. (Hiere. iv. 11.)

IN témpore illo dicétur pópulo huic et Hierúsalem, Ventus urens in viis que sunt in desérto, vie filie pópuli mei : non ad ventilándum et ad purgándum. Spíritus plenus ex his véniet michi. Et nunc ego : sed loquar júdicia mea cum eis. Ecce quasi nubes ascéndet et quasi tempestas currus ejus : velocióres aquílis equi ejus. Ve nobis quóniam vastáti sumus. Lava a malícia cor tuum Hierúsalem : ut salva fias. Usquequo morabúntur in te cogitatiónes nóxie ?

Vox enim annunciántis a Dan : et notum faciéntis ydólum de monte Effraim. Concitáte gentes, ecce audítum est in Hierúsalem custódes veníre de terra longínqua : et dare super civitátes Juda vocem suam. Quasi custódes agrórum facti sunt super eam in gyro : quia me ad iracúndiam provocávit ait Dóminus. Vie tue et cogitatiónes tue fecerunt hec tibi : ista malícia tua quia amára : quia tetígit cor tuum. Hec dicit.

AS:200; 1519:188r; 1531:115v.

2161. Ant.
IV.v.



E-si-dé-ri- o * de-si-de-rá-vi hoc pascha mandu-
cá-re vo-bís-cum ántequam pá-ti- ar. *Ps.* Benedíctus. 59*.



Oratio.

Quoficiat quésumus Dómine
plebs tibi dicáta pie devotiónis
afféctu : ut sacris actiόνibus erúdita,

quanto majestáti tue fit grátior, tanto
donis potióribus augeátur. Per
Dóminum.

Notes, pages 1059-1118.

- ¹ 'z.', 1531:110r, SB:dccvii.
- ² 'festum sanctorum diffe.' *Chevallon*. [SB:dccvii.]
- ³ 'fest. sanctorum differatur'. *Chevallon*. [SB:dccvii.]
- ⁴ SB:dccix.
- ⁵ SB:dccix.
- ⁶ SB:dccix.
- ⁷ SB:dccxi.
- ⁸ SB:dccxi.
- ⁹ 'Threnody', i.e. the Lamentation of Jeremiah.
- ¹⁰ In stanza 8: 'salva', 1519:178v.
- ¹¹ In stanza 1. line 3: 'subijce'. *Chevallon*. [SB:dccxv.] In stanza 2. 1519:179r. has 'vacante somno'; in stanza 8. 1519:179r. has 'imperpetuum'.
- ¹² 1519:179r.
- ¹³ In 1519:179v. 'collocare' is set G.G.AB.A. In the final verse 'mystica' is set GF.G.GF.
- ¹⁴ 1519:179v.
- ¹⁵ 1519:179v.
- ¹⁶ 1519:179v.
- ¹⁷ 1519:180r.
- ¹⁸ In BL-52359:127v. 'Hodie' is set CDFEF.F.F; 'vocem' is set EF.F; 'obdurare' is set FE.DC.D.FDEFGDDC.
- ¹⁹ 1519:180r.
- ²⁰ HS-1525:43. has no flats. In BL-52359:127v. 'certaminis' is set E.D.F.EDC.
- ²¹ In BL-52359:127v. 'Filius' is set F.E.F.
- ²² 'legantur lectiones tantum'. 1519:180v.
- ²³ In BL-52359:128r. 'observare' is set C.C.C.CBA; 'celebrabitis' is set DC.AC.G.GABAGA.AG.
- ²⁴ In 1519:181r. the B, signature implies B, at 'tribulant'. BL-52359:128r. has no flat; 'tribulant me' is set A.CB.GABa.AG; 'dicunt' is set ACAGFGA.G; 'Domine' is set C.CC.BAD.
- ²⁵ In 1519:181r. 'dereliquit' is set D.DF.GA.FE. In BL-52359:128r. 'comprehendite' appears to be set D.D.DF.C.A. BL-52359:128r. has no flat at 'meus'.
- ²⁶ 'divinitus bonum'. SB:dccxx.
- ²⁷ In BL-52359:128v. 'es tu' is set BG ACDCBCCB; 'discedas' is set CDC.CBA.CABCBA; 'proxima est' is set A.CA.BCBAGA AG.
- ²⁸ BL-52359:128v. has no flats; 'querabant' is set GF.GGFE.FGABAAG; 'locuti' is set G.GA.G.
- ²⁹ 'quid ve', 1531:112v.
- ³⁰ In 1519:182r. 'manu' is set BCBA.BA.
- ³¹ 1519:182v.
- ³² *Gregorii* in Evangelia, Lib. I. Hom. xviii. *Opera* i. 1506. [SB:dccxxv.]
- ³³ In BL-52359:129r. 'scrutabor' is set G.FED.FDEFE; flats appear only at 'verbum' and 'declinate'.

- ³⁴ In 1519:182v. 'unicórnium' is set D.D.DE.D.D. In BL-52359:129v. 'Deus' is set F.FGA; the first 'et' is set F.
- ³⁵ In 1519:183v. 'velóciter' is set D.DFEC.D.FF. In BL-52359:130r. 'púero tuo' is set DFEC.D.F F.GEFE.
- ³⁶ 'manu factum', 1519:184r.
- ³⁷ In stanza 1 1531:113r. has 'per acta'. The music of 'Amen' is taken from the hymn 'Pange lingua', HS:44v. In BL-52359 'stípite' is set B_bA.G.A.
- ³⁸ In 1519:184v. 'verba' is set A.GE. In BL-52359:130v. 'veritátem' is set D.C.D.DF; 'audit' is set GFE.E; 'áuditis' is set EG.GA.G.
- ³⁹ In BL-52359:130v. 'únicam' is set DFEC.FF.GEFE.
- ⁴⁰ 1519:185r.
- ⁴¹ 1519:185r.
- ⁴² In BL-52359:130v. 'Dómine et a' is set D.CEFEDE.DC F FGA; 'Deus' is set F.F.
- ⁴³ 1519:185v.
- ⁴⁴ In BL-52359:131r. 'invénit' is set GAG.FEGA.GF.
- ⁴⁵ 1519:185v. omits 'Et'.
- ⁴⁶ In 1519:185v. 'super me' is set C.Dfe FFE.
- ⁴⁷ 1519:186r.
- ⁴⁸ 1519:186r.
- ⁴⁹ BL-52359:131v. has 'magne'; 'Jesus' is set DEED.D; 'ad me et' is set DCA B A.
- ⁵⁰ In BL-52359:131v. 'me' is set G.
- ⁵¹ 1519:186v.
- ⁵² 1519:186v.
- ⁵³ 1519:186v.
- ⁵⁴ 'quésumus Dómine' 1519:187r.
- ⁵⁵ 'grátie tue', 1519:187r.
- ⁵⁶ 'quátinus', 1519:187v.
- ⁵⁷ In BL-52359:132v. 'mulieri' is set A.GF.GAB_bA.AG.
- ⁵⁸ In AS:200 'múlier' is set A.G.A.
- ⁵⁹ 'réspuens' 1519:187v.
- ⁶⁰ 'Et erit. In die illa' . . . *Chevallon*. [SB:dccxliii.]